



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 71. Consilia Regis Angliæ de sua filia Carolo Archiduci desponsanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

**Secnl. XVI.**  
**A.C. 1509.**

§. LXX.

*Albuquercius Pro-Rex Almeydæ  
subrogatus.*

*Joan. de  
Barros.  
Maffæus.  
Marmol.  
Vasconcellos*

Almeyda parta hac victoria Cochimum reversus est, eoque victricem classem revexit: ast redux Alphonsum Albuquericum Indiarum Pro-regem fuisse nominatum comperit, cui post vehementes contentiones ultro citroque habitas, regimen cessit, ac Lusitaniam petiturus, itineri sese accinxit, antequam vero illuc viam emetiretur, vitæ finem imposuit. Post ejus obitum Albuquercius summa integritate ac insigni prorsus prudentia officii sui partes expleverat, & tam fidei Christianæ, quam Regis sui commoda maximis incrementis promovit, ac denique ejusdem nomine pluribus hujus regionis ditionibus feliciter subactis foedus inter Lusitanam coronam & Persarum Regem procuravit.

§. LXXI.

*Consilia Regis Angliae de sua filia  
Carolo Archiduci despon-  
sanda.*

*Rapin. de  
Thoiras hist.  
Angl. tom. 5.* Tandem Henrico VII. Angliæ Regi, qui Mariam filiam suam Carolo Juveni Archiduci matrimonio jungere summis votis

votis exoptabat, secunda adspiravit for- Sæcul. XVI.  
A.C. 1509.  
tuna. Insumpserat jam integrum an-  
num in exequendis hisce consiliis, deni-  
que totius negotii curam Fuxo deman-  
daverat, a quo etiam datis literis edoce-  
batur, quod fausto eventu, & quidem iis  
conditionibus, quæ Regi summopere  
proficuæ forent, has nuptias conciliaasset,  
simulque cuncta superasset clandestina  
molumina, quibus Rex Catholicus matri-  
monium illud præpedire nitebatur. Ac-  
cepto hoc nuntio Henricus per totum  
suum regnum festiva lætitiae signa edi-  
jussit, ac Nobilis de Berghen pro adole-  
scente Archiduce missus, procuratorio  
nomine cum regia Filia nuptias contra-  
xit, quæ tamen effectu caruere.

## §. LXXII.

*Henricus VII. morti proximus.*

Attamen Henricus jam aliquamdiu len- Polyd. Virg.  
hist. Angl. lib.  
26. sub fin.  
ta tabe laborans, malo indies cre-  
scente, omnes eo curas intendit, ut ad Raynald. hoc  
ann. n. 35.  
ultimam luctam sese accingeret, unde  
aucta erga pauperes liberalitate, etiam  
Ecclesiæ Sacraenta maxima cum reli-  
gione recepit, utque misericordia erga  
alios propriæ culpæ veniam certio-  
rem redderet, edicto hanc in rem pro-  
mulgato omnibus delictorum pœnam  
remisit, cunctisque, qui ob æs alienum  
capti